



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. An qui suo exemplo occasio alterius peccati, peccet eadem specie
peccati, & debeat hoc necessario aperire in confessione? Et an in scandalo
indirecto duplex virtus violetur, sed in ordine ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

Tractatus Septimus

352

6. Quamvis autem, quæ hucusque dicta sunt probabiliora mihi videantur, & vera, non possum non agnoscere probabilitatem oppositæ sententiae, quam ut probabilem tuetur Lugo *loco citato* post Coninch, quem refert, & alios, quæ sententia aliorum grauiorum Theologorum est: adeò ut qui illam sequatur, tutus sit in conscientia. Nec sine admirazione legi in Diana (in quo eruditio cum benignitate de primatu certant, dum casus resoluti erudit iuxta, & benignè, & plures, ac varias, imò etiam oppositas sententias, ut probables frequenter admittunt) quod in ea resolut. 114. illius tract. 4. de Sacramentis notauerit ignorantium multorum Confessariorum, qui cum paucientes se toties accusant dedisse scandalum, non faciant illos se accusare neque de specie peccati, neque de numero personarum, in quo inuechitur, & in alios Confessarios, qui quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, non similiter illos faciunt se accusare, de quibus omnibus ait, ceci sunt, & duces eorum, cum tamquam ipse (ut notauit Lugo *språ num. 163.* & sequentib.) in tractatu de circumstantiis aggrauantibus resolut. 17. & 29. probabile putauerit neque numerum personarum, quas eadem iniuria laesisti, neque quando unica voluntate plures voluisti occidere, debere in confessione explicari: est autem (ut rectè aduertit Lugo) eadem ratio, quando eodem actu scandalum præbes, & occasionem ruine spirituallis pluribus. Itaque sententia Diana in nostro negotio mihi magis probatur, non illius censura contraria; possunt ergo tuta conscientia Confessarij oppositum sequi. Hucusque Dicastillus, cui ego nunc etiam quoad censuram opinionis libenter adhaereo.

Sup. hoc notato infra in Ref. 23. §. Et 24. n. 163. vñtate nunc de una soluta, deinde de alia etiam soluta: Item nunc de una coniugata, deinde de alia etiam coniugata, &c. si successivè habeantur eodem tempore morali, possunt constitueri unum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, sicuti possent si essent illi actus ita simul successivè circa eamdem vel solutam, vel coniugatam, &c.

7. Nota etiam hic obiter, Patrem Ferrantimum *vbi språ num. 44.* dubitare, utrum delectationes diversæ nunc de una soluta, deinde de alia etiam soluta: Item nunc de una coniugata, deinde de alia etiam coniugata, &c. si successivè habeantur eodem tempore morali, possunt constitueri unum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, sicuti possent si essent illi actus ita simul successivè circa eamdem vel solutam, vel coniugatam, &c.

8. Et respondebit, Probabile esse, quod sint unum

numero peccatum, & vt vnum possint in confessione declarari, cum tales delectationes, sint partes vnius integræ, atque totalis delectationis, correspondentes vni totali sermoni, & cum etiam diuersitas illa numeralis personarum sit solum terminus materialis, nec variet speciem moralem in huiusmodi delectationibus, quidquid sit de specie physica. Itaque delectationes huiusmodi, non differunt specie in esse

moralis: vniuersit etiam moraliter ratione temporis,

in quo successivè simul habentur: vnde constituent

tanquam partes vnam integrum ac totalem delectationem, correspondentem vni integro ac totali colloquio. Ergo. Vnde supra adduximus Lugum dicente, sibi probabilius esse quod præcisus respectus ad diuersas personas non debeat necessariò explicari, &c.

9. Vbi etiam citauimus Megalam assertorem,

non debere aliquem necessariò confiteri numerum

personarum, si vno actu voluisset decem homines

occidere.

10. Item Doctores affirmantes, obiecta numero

tantum diuersa non multiplicare peccata, sed tantum

aggravare, secundum quos, inquit vbi supra Diana,

sufficit, si penitens dicat, se morosam delectationem

habuisse super soluta, licet vno actu de tribus

fuisset delectatus.

Sup. hoc notato in Ref. 40. & in aliis ejus annot.

11. Item Henriquez dicentem, administrationem Eucharistie à Sacerdote existente in mortali factam multis, esse tantum vnum peccatum.

12. Et Emanuele Rodriguez sic etiam dicentes, specialiter in casu, quo confessarius plures abfoluit. Hæc omnia Ferrantius me citato.

13. Sed magis difficultas quid dicendum de illo, qui sepius decreuit cum eadem forniciari, & ita deinde cum illa plures forniciaretur absque intentione sufficienti ad multiplicandum peccatum, an vnum tantum numero peccatum conferetur administris? Et videtur posse dici quod illæ fornicationes sint vnum tantum peccatum. Quia vniuersit in unica volitione, qua fuerunt volentes, & à qua proceferunt ut complementum: Item vniuersit in vnitate impetus, & concupiscentia, & in vnitate temporis moralis: Et alioqui admitterentur cum eadem, & praeterea talis modus plures forniciandi cum eadem v. g. in eadem nocte, moraliter loquendo, videtur habere rationem vnius fornicationis ad eum modum, quo dicitur semel lusisse, qui tota nocte lusit. Ergo.

14. Et quamvis per plures illas fornicationes plura videantur inferti damna proli, & plura laeditia, nihilominus ex hoc capite præcisè non impeditur numerica vnitatis peccati, ut patet ex dictis de contumelia illata pluribus, & de peccato contra præcepta plurium superiorum: quorum diuersa numero iura tali peccato laeduntur, & diuersa numero damna illis inferuntur, & tamen non propriea multiplicantur peccata, sed est vnum, & idem moraliter in ordine ad confessionem. Et haec omnia docet Pater Ferrantius quest. 28. n. 28. qui tamen remittit iudicio doctorum virorum an habeant probabilitatem: ego autem in praxi hanc sententiam non admitem.

RESOL. XVI.

An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, pacu eadem specie peccati, & debet hoc necessario aperi- re in confessione?

Et an in scandalo indirecto duplex virtus violetur, sed in ordine ad confessionem satu sit, si exprimatur speciem peccati cuius occasionem abque insta causa pre- bulti? Ex part. 1 o. tract. 12. & Milic. 2. Ref. 29.

§. 1. Suppono tripliciter posse me alterum ad peccatum inducere. Primo directè, & formaliter intendendo ruinam spiritualem, hoc est, ex defiderio, ut proximus patiat damnum illud spirituale. Secundo directè sed non formaliter; quando scilicet per volo, quod ipse violet castitatem; non quia malum eius est; sed quia inde lucrum aliquod spero. Tertio indirectè, quando v.g. prævideo, quod ex mea actione proximus facile occasionem accepit peccandi: Ego tamen id non intendio.

2. Hoc supposito ad questionem propositam negatiuè responderet Cardinalis Lugo *de Sacramentis Pœnitent. disputat. 16. quest. 4. §. 2. à numero 157.* usque ad numero 159. patet enim debere quidem explicari speciem peccati ad quod proximus inducitur, quoties scandalum fit, primo, vel secundo modo, ita ut indirectè formaliter, vel saltem directè, intendatur peccatum proximi: non verò quando inducitur proximus, tertio modo hoc est prædicta, sed non volta directè eius ruina, seu periculo; nam in hoc casu, satisfaciet penitentis ex. apliceando militante scandali, licet non explicet species peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficiet ergo illi, si dicat: meo exemplo, vel opere, dedi occasionem peccandi proximo, cum deberem id præcauere. Ratio est; quia peccatum scandali quandam indirectè solum volumus periculum proximi.

ni, non aduersatur alteri virtuti, nisi soli charitati, qua tenemur proximi mala impediens ergo non videatur esse obligationem explicandi speciem peccati ad quam scandalizatus inducitur; nam haec materialiter habet ad malitiam scandali, quod est folium contra charitatem.

3. Verum nominatum contra Cardinalem de Lugo nouissimum affirmatum sententiam sustinet eruditissimus Pater Albertus ex Societe Iesu, de Ornatu Mulierum, disp. 1. cap. 5. §. 9. Segmen. 2. num. 6. cun seqq. & praefer Sanchez, Valquez, & Cominch a Lugo citatos, hanc sententiam tenet Pontius de Matrim. lib. 5. cap. 18. n. 11. Oviedo, vbi infra, Caffrus Palau, tom. 1. tract. 6. disp. 6. punt. 3. num. 1. & seqq. Trullench in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. n. 6. & 13 Montefinus in p. 2. quest. 7. 3. artic. 8. quest. 4. n. 14. Caetanus, in 1. 2. quest. 4. 3. art. 1. & alij. Probatur haec opinio, quia certum est, quomodo cum inducas, & pertrahas proximum, etiam indirecte dumtaxat, ad peccandum, siue operae alias bonorum, siue de male; te peccati eius, ad quod illum indirecte pertrahis, reum esse, siquidem eiusmodi peccati es causa moralis, vt solidè probat Valentia 2. 2. d. lib. 3. quest. 18. punt. 2. Vafquez 1. 2. quest. 7. 3. disp. 10. 2. cap. 1. n. 1. & 2. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 6. num. 2. Lorca 2. 2. quest. 4. 3. art. 8. disp. 56. num. 6. assertus non posse contrarium sine temeritate affirmari, & Caffrus Palau tom. 1. tract. 6. disp. 6. punt. 3. num. 2. annuntiis esse improbabile. Atqui non potest esse causa moralis alieni furti, nisi id sit tibi voluntarium, saltem indirecte, vt liquet. Ergo cum tuo opere seu alijs bono, seu de se malis causa moralis indirecte non tantum alieni peccati indefiniti, sed etiam furti in specie, id teneris in confessione planè explicare. Consequentia est explorata, quia omnes illas species peccatorum teneris in confessione expondere, quia tibi sunt voluntarie, saltem indirecte, quarumque moralis es causa, saltem indirecte, vt competitum est. Et confirmo, quia si tuo opere bono, vel malo intendis directe alterum inducere ad furandum, teneris in sententia omnium exprimere in confessione inductionem proximi ad furandum. Ergo eandem etiam teneris exprimeris, et si indirecte tantummodo. Consequentia constat, quia ad contrahendam culpam, extra controveriam est, ex 1. 2. quest. 6. fatis esse voluntarium indirectum. Unde qui vult vindictam iniurie, et si non velit directe offendam Dei, in modo licet positiuè veller Deum vindicta non offendit, nihilominus Daim ea vindicta indirecte offendit, vt planum est. Ergo, et si tuo farto indirecte tantum velis fursum alterius ex tuo ortum, adhuc illius causa moralis indirecta es, quod sufficit ad eam culpam contrahendam, necon al obligationem talis furti indirecte volti necessario explicandi subeundam; siue deinde tale scandalum speciale sit, siue generale tantummodo, quod nihil referit ad obligationem confitendi variandum. Ceteras rationes videbis apud Albertum, ubi supra, qui solidè, & robustè probationibus firmat hanc opinionem, & responderet ligillatim ad omnina argumenta, que pro sua sententia adduxerat Cardinalis de Lugo.

4. Verum his non obstantibus, opinionem dicti Cardinalis valde probabilem esse puto, vt recte observat sapientissimus Franciscus de Oviedo in p. 2. D. Thome, tract. 6. contr. 2. punt. 6. num. 96. & illam absolute sequitur novissimus Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 5. quest. 7. Sed an in scandalo indirecte duplex virtus violetur? Albertus, ubi supra, num. 1. 4. c. existimat cum Suarez, disp. 10. de Charitat. fdt. 2. num. 10. Lorca, disp. 5. 6. cit. num. 10 & aliis, probabilius esse in scandalo etiam indirecto, duplificem Tom. 1.

existere, viam quidem virtutis particularis, vt luxuriae ad quam proximus indirecte quoque inducitur; alteram autem peccari generalis contra bonum spirituale proximi; illam aduersari virtuti particulari opposita, vt castitati: hanc charitati generali erga proximum, vel misericordia, vel beneficentia, vel correptioni fraternae: in ordine autem ad confessionem latius est, si exprimes speciem peccati, cuius occasionem ablique iusta causa prebueristi. Nam virtus particularis castitatis obligat te ad non coniendum proximum in grauem occasionem eius amittenda, vt patefecit: charitas vero, &c. tanquam virtus generalis obligat te ad non dandam eiusmodi occasionem, & ita ad vitandum proximi peccatum, non sanè quatenus luxuria, v. g. & huius occasio castitati opponitur (id quippe cauet maximè eadem virtus particularis, nempe castitas) sed quatenus tanquam talis occasio, & peccatum, quod castitati repugnat, nimirum luxuria, cedit in damnum spirituale proximi. Sed in confessione domini, datam a te grauem occasionem luxuriae proximo; sufficienter indicas etiam malitiam contra charitatem fraternalm, cum huicmodi generalis malitia opposita charitati proximi satius in quolibet virtute particulari contra charitatem proximi intelligatur. Dām enim fateris datam sine causa iusta à te occasionem luxuriae alteri, hoc ipso manifestas, te fuisse indirecte causam mortalem alienae luxuriae, & consequenter etiam spiritualis danni, ac ruine proximi, quod tanquam genus in specie satis in ipsa luxuria percipitur, atque exprimitur. Verum de hac questione a nobis alibi actum etiam est.

*Alibi in Ref.
annot. praece-
rita, &c.*

RESOL. XVII.

Aliquis optabat mala notabilia, & contumelias afficiebat sororem, que siuit a me, an hoc circumstantia efficit explicantia in confessione, vel sufficiat dicere, mihi coniunctam contumelias afficer?

Idem est dicendum de patre, matre, filio, fratre, uxore.

Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem sit circumstantia mutans speciem?

Et obiter notatur, in copula habita cum consanguinea, & affine, non esse explicando gradus neque consanguinitatis, neque affinitatis. Ex part. 10. tr. 1. 4. & Msc. 4. Ref. 18. alias 16.

S. 1. *A*ffirmatius responderet Baucius de Miscell. Cas. Conscientie, tom. 1. quest. 436. vbi sic ait. An si quis occidit Patrem, vel Matrem, vel optat ei malum, sit circumstantia mutans speciem, an solum aggravans? Respondeatur ex Navarro in Suuama, cap. 14. num. 11. esse circumstantiam mutantem speciem odium contra Patrem, & Matrem. Idem docet Henriquez, de Panitent. lib. 2. cap. 6. num. 3. vbi extendit ad Principem, & ad Sacerdotem. Toletus lib. 5. cap. 8. num. 1. extendit non solum ad Patrem, vel Matrem, sed etiam ad filium, Fratrem, & Vxorem, quia notabiliter sunt coniuncti. Addo ego etiam sororem. Ita ille,

2. Sed licet haec omnia probabiliora, & consulenda sint, tamen negativam sententiam tanquam probabilem admittit Tamburin. Opus. de Confessione, lib. 2. cap. 7. 6. 7. num. 48. vbi haec afferit: Dices? Afferimus hic num. 48. ex probabilissima plurium sententia turpem coniunctionem cum Conlanguineis non affere diuerstatem specificam necessariò in Confessione explicandam, vt diuerstam ab alia coniunctione strictioris Consanguinei; quia licet gravius sit contra vinum gradum v. g. contrà primum cum Matre,

Gg 3 quam

TON.
gra
1611
III